

electis; & probat consequentiam, quia in causis prædictis ubi affirmatio est causa affirmationis, necessario negatio est causa negationis; hoc autem suum argumentum est de causa libera si ergo regula non valet in causis liberis, ut ait in solutione illius instantiæ; ergo argumentum hoc suum non concludit, vel si argumentum tenet, solutio ad instantiam est nulla.

277 Melius igitur ex dictis n. 263. distinguenda est minor, quod duplex est negatio prædestinationis, alia simpliciter, & absolute dicta, & est voluntas simpliciter, & absolute nunquam eligendi, seu à gloria reiciendi; alia secundum quid, & est voluntas non eligendi pro uno determinato signo, vel potius suspensio electionis pro eo signo, que non excludit voluntatem eligendi pro aliis sequentibus signis, si impedimenti non superveniat ex parte nostra; prima negatio est utique causa perditionis nostræ, nam hæc directè opponitur prædestinationi, que est causa nostræ salutis, non autem alia negatio, que suspensio electionis pro uno signo tantum, nec eam excludit in aliis sequentibus signis; & illius prime negationis utique datur causa ex parte reprobis, quia aliud non est, quam ipsa positiva reprobatio, vel saltem eam consequitur, que incipit à prædicta finali peccata, quod prædicitur ad primam radice perditionis nostræ; reprobatio autem negat, de qua hic est sermo, non importat negationem prædestinationis nisi secundum generis, atque ideò opus non est ejus assignare causam ex parte hominis, sed citrà omne absurdum potest esse sola Dei voluntate pendere. Ad 2. loquitur Scot. de reprobatione positiva directè opposita prædestinationi simpliciter dicta, & negatur minor, quod negativa reprobatio sit radix omnis mali, quia talis negatio non excludit prædestinationem simpliciter, sed tantum eam suspendit pro uno signo. Ad 3. negatur consequentia, quia ut ait Aug. lib. 2. cap. 7. contra duas epist. Pelagianorum acceptio personarum non est, nisi ubi intervenit debitum, unde si rationales creaturae suapte natura essent ex æquo ad vitam æternam ordinabiles, & aliquam haberent dispositionem ex se congruam, vel condignam ad eam, & unam prædestinaret ad gloriam, & gratiam, aliam verò non, planè diceretur personarum acceptor, sic autem non est in proposito, quia nulla datur talis dispositio ex parte creaturae, nec ad gratiam, & ad gloriam, & ideò utriusque Deus absolutus est Dominus, unde dixit Psaltes, gratiam, & gloriam dabit Dominus; tum quia sufficienter omnes ad gloriam ordinavit per eam generalem voluntatem, qua vult omnes salvos fieri & omnibus confert media ad salutem necessaria, quare nemo de Deo conqueri potest, quod ex speciali amore alteri det uberius gratiam, quia et non defecit, quod necessarium est, nec illum relinquit omni auxilio destitutum. Ad ult. negatur consequentia quoad secundam partem: quia ut sæpe dictum est, ostensio divine justitiæ non est finis per se primo à Deo appetibilis sicut ostensio divine misericordie, & ideò ille non est finis primarius in negativa reprobatione sed tantum secundarius modo explicato num. 270. finis verò primarius est, ut ostendat se liberum in prædestinatione, supremamque de dominæ gloria suæ, nullam habentem necessitatem eam communicandi; Dices, tale dominium ostendere non posse, nisi aliquos à gloria excludendo, & ut talis excluditio sit iusta, supponere debet demeritum ex parte exclusi. Respondet, hanc eandem instantiam posse fieri de reprobatione à gratia efficaci, cuius tamen absolutus est Dominus, & denegare potest absque injuria nullo prævio demerito; potest igitur etiam de gloria loquendo suum dominium ostendere per solam exclusionem negativam alicujus à gloria, nimirum merè negativè se habendo circa illum, quoad actus efficaces, neque talis finis habet necessariam connexionem cum peccato, sicut habet ostensio justitiæ vindictivæ, que supponit peccatum puniendum; nam ut dictum est ab initio questionis, potest Deus simpliciter, & absolute loquendo aliquid relinquere in puris naturalibus, & alium ad gloriam efficaciter ordinare, quò casu ostenderet se absolutum Dominum suæ gratiæ, & gloriæ nullo intercedente peccato, absque eo quòd illi ullam faceret injuriam, quod de ostensione vindictivæ justitiæ dici non potest.

278 Quarto arguit Fasol. cit. probans ex Aug. pluribus in locis reprobationem negativam absolute inspecta causam ex parte reprobis habere peccati originale: etenim de prædest. Sanct. cap. 3. inquit, hanc reprobationem factam esse iusto Dei iudicio digna retribuentem: ergo præsupponit culpam in reprobis, quam culpam esse originalem, paulò post appetitissimè expressit initio capituli nostri: & de bono persev. cap. 8. circa principium inquit, de tam debita reprobatione, quæ omnes in Adamo peccatè patiebantur, si Deus inde neminem liberaret, non esset iniustus, ex uno quippe in condemnationem, non iniustitia iudicari sunt filii iusti, sed iniustitia, qui ergo liberatur, gratiam diligit, qui non liberatur, debitum agnoscat, non liberari ad negativam reprobationem pertinet, non liberati ex debito, sed iusto iudicio est reprobationis negativæ causam esse peccatum, cui debetur negatio liberationis, & gloriæ: & postea ad illam interrogationem, cur in ca-

dam massa, ut potius illum puniet, aut illum, quam me potius liberabit, atque nihil aliud posse respondere, nisi quia in hac re sicut iusta est ira eius, sicut & magna est misericordia eius; ita in servitibus iudicium eius, & cap. 11. circa principium misericordiam eius in his, qui liberantur, & veritatem in his, qui puniuntur sine dubitatione credimus, sic etiam loquitur epist. 105. & 106. Cont. ex Prospero in resp. 3. ad Gallos, ubi de reprobatione hac negativa sic loquitur, non necessitatem puniendi habuerunt, quia prædestinati non sunt, sed ideò non prædestinati, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione præcisi sunt.

Respondeo ex dictis n. 269. cum Aug. inquit, hominem iusto Dei iudicio non segregari à massa damnata, loquitur de reprobatione positiva, non verò negativa, que quidem positiva reprobatio ad ordinem spectat executionis, cum in ea non distinguatur ordo executionis ab ordine intentionis, nam illa negativa reprobatio, que in nostra sententia facta est in illo signo prælectionis alicuius ad gloriam, non est iustum iudicium, sed mera negatio majoris benevolentiæ, nec præscientiam peccati supponit, nec eam pro ratione habet; & quavis utatur terminis negativis, non liberari, non eligi non prædestinari, &c. usurpavit terminus negativus pro positivo, nam quia reprobatio positiva semper conjuncta est cum negatione prædestinationis, ideò solet unum pro alio usurpari ex trã rigorosam disputationem. Smilinch. tamen q. 3. num. 557. ait, August. quòd dicitur, per electionem segregari hominem à massa damnata, frequentius locum esse secundum ordinem intentionis, & adhuc intelligendum esse de electione illac non electione, que ordine intentionis præcedit præscientiam peccati, quia vobis per non designat causam segregationis proximam, sed remotam, & radicelem, itaque sensus est, prælectione ad vitam æternam, tanquam omnium aliorum salutarium bonorum radice provenire, quòd præmissa, & prævia humani generis ruina, & massa damnata, sic prælecti ab illa etuantur, tamen hæc ruina, & massa damnata nondum intelligitur prævia pro illo primo signo prælectionis ad gloriam, nam talis prælectio non tantum est causa illius boni, quòd pro eo signo preparatur, sed etiam aliorum bonorum, que pro aliis signis per alia decreta disponuntur, nam est causa voluntatis executivæ, & ea mediante est causa executionis mediocrum, quibus electi ad finem prædestinationis perducuntur, ex quibus unum est segregatio à massa damnata; Quòd declarat apud satis exemplo, cum dicimus, per adoptionem liberari filium adoptivum à debito pendenda hereditate, quòd post adoptionem incurrit ob delictum in Patrem adoptantem admissum, si affectus adoptantis sit tantus, ut nullam ob causam illum velit Patrem irritare, sed absolute intendat, filium adoptatum ad hereditatem perducere, nam Patet tali ex affectu impelleretur, ut si post adoptionem filius delinqueret, ei delictum ignosceret; sic ergo etiam in omni proprietate verborum dicitur, quis per prælectionem ad hereditatem æternam liberari, segregatque à massa damnata, etiam si talis massa nondum prævia intelligatur pro signo prælectionis ad hereditatem æternam.

279 Verum licet hæc explicatio sit satis ingeniosa, & absque ulla violentia applicari possit nonnullis Aug. locis, ubi absolute ait, per electionem segregari hominem à massa damnata, at tamen ubi reprobationem cum electione ita comparat, ut reprobationem iustum iudicium appellat, & causam ejus peccatum assignat, præsertim explicatio idonea non est, sed de reprobatione positiva intelligendum est Aug. ad ordinem executionis spectantes, ut ibidem faceret Smilinch. n. 559. & quia pluries cum tali comparatione loquitur, consequenter cum de ea loquitur discretione à massa perditionis facta per electionem, frequentius erit intelligendum secundum ordinem executionis, quam secundum ordinem intentionis, ut est communis expositio Auctorum nostræ sententiæ; Sed hæc communis expositio admissa gravis exortitur difficultas, nam si illis in locis loquitur Aug. de reprobatione positiva ad ordinem executionis pertinente, consequens est, quòd eodem modo loquatur etiam de electione ad gloriam secundum eundem executionis ordinem; non rectè ex illis locis deduximus qu. præced. art. 2. quòd ibi August. negat meritum electionis ad gloriam, consequentia patet, quia omnes ad mittunt; gloriam æternam secundum ordinem executionis esse decretam ex meritis præviis. Ad hoc bene occurrit Smilinch. cit. negando primam consequentiam, nam potius ad extollendam sine meritis electionem convenientissimè erat, ut ei opponeret Aug. illam positivam ob demerita reprobationem, ex huius enim tam contrarij oppositione illa magis elucefceret, tum etiam quia non solum inter se comparari possunt decreta opposita in eodem ordine, sed etiam decreta opposita ordinum diversorum, prout etiam inter ipsos ordines instituitur comparatio. Verum tamen est, Augustinum frequentè etiam de reprobatione negativa esse locutum, eamque cum electione comparare, eam tamen iustum iudicium non appellat, nec ejus causam peccatum assignat, sed vocat non electionis non

non prædestinationem, non discretione à massa perditione negationem, majoris benevolentie, vel simili modo, ut constat ex locis citatis n. 259. eamque refert in merum Dei beneplacitum cum Paulo ad Rom. 9. & interdu inquit, factam esse à Deo citrà omnem iniquitatem, quatenus cum facta sit antè ullius peccati prævisionem, ne Deus iniquus videatur, neminem per eam positivè à regno excludit, aut ad penam destinat, sed tantum post illius prævisionem, ut explicamus n. 249. Denique ad Confir. ex Prospero, quia pro causa illius non prædestinationis, de qua loquitur, assignat peccatum actuale, & voluntariam prævaricationem, explicandus est de positiva reprobatione, ità quòd terminum negativum usurpaverit pro positivo, ut exponit Suarez cap. 5. num. 7.

QUESTIO QUARTA.

An reprobos possit salvari, & prædestinatus damnari.

280 Hanc quest. propono, non quia de ea sit aliqua inter Theologos controversia, siquidem omnes tam veteres, quam recentiores eam resolvunt per tritissimam distinctionem de sensu composito, & divisivo, sique clarissimè eam resolvit Scot. 1. d. 40. s. ad istam questionem, ubi querit, an prædestinatus possit damnari, & ait, distinguendam esse propositionem secundum compositionem, & divisionem, & esse veram in secundo sensu non in primo, ut declaratam esse quest. præced. art. 8. num. 231. unde Badius dist. 40. s. quantum ad logicam, inquit, & nota, quòd omnes Theologi, quos vidi, ponunt istam distinctionem de sensu composito, & divisivo, quam hic ponit Doctor, & dicitur, propositiones illas affirmativas, prædestinatus potest damnari, & prædestinatus salvari, esse veras in sensu divisivo, & falsas in sensu composito, & addit Gabriel, quòd negativè istarum, scilicet prædestinationem non potest damnari, & prædictum non potest salvari oppositum modo se habent, quoniam sunt veræ in sensu composito, & falsæ in sensu divisivo, ita Badius, unde constat, nedum citrà hoc punctum nullam esse inter Scotistas controversiam, sed neque etiam inter alios Doctores, sed quicquid sit de aliis extrà nostram scholam, certum est in nostra, nullam exare distinctionem; Hoc tamen non obstante Auctor Controversiarum inter Scotistas, de quò dixit dist. 4. quest. 4. art. 1. inter illas controversias etiam hæc miscuit, tanquam controversiam inter Scotistas, & quòd mirabilis est, eam non proponit sub titulo à nobis præfixo, sicut proponitur à Scoto, & alii, sed contròv. 18. eam sub hoc scripsit prout. An prædestinatus in sensu composito possit damnari, & prædestinatus salvari, quòd eodem modo non videt, quòd pacto sit controversia inter Scotos, & præsertim, cum omnes unanimiter partem defendant negativam cum Scot. 1. d. 40. ubi cum questionem proposuisset sub ordinario titulo, prædestinatus potest damnari, in corpore questus dicit, hæc propositionem esse distinguendam secundum compositionem, & divisionem, & in sensu compositionis ait, esse falsam, in sensu verò divisionis esse veram; At postea Auctor volens sapere supra Magistrum, cum rectè ex Scoto in 2. notabili declarasset, quid sit sensus compositus, & divisus ex 1. dist. 39. G. & d. 40. B. ex qua declaratione questionem propositam tenebatur cum Doctore negativè resolvere, quòd scilicet in sensu composito non potest prædestinatus damnari, præmissa in tertio notabili quadam distinctione prædestinationis de qua infra numer. 287. ponit deinde tres conclusiones, in quarum prima dicit, quòd accipiendo prædestinationem in uno sensu prædestinatus in sensu composito potest damnari, in secunda verò, quòd eam accipiendo in alio sensu, non potest prædestinatus in sensu composito damnari; & demum in tertia asserit, prædestinatum in sensu divisivo posse damnari; que conclusiones cum suis probationibus sunt hic examinanda; ut in re clarissima, & inter Scotistas minime controversa, videant tyrones Scotiste, quantum ad doctrinam Recentioris huius fidere debeant, in resolvendis Scoti placitis.

281 Primum itaque ponit primam suam conclusionem sub his verbis. Dico primo, prædestinatum in sensu composito posse damnari, accipiendo tamen prædestinationem, ut præcisè dicitur electionem creaturæ ad gloriam, & gratiam; Quam ait, esse Scot. 1. d. 40. lit. B. & probat, postea tali decreto, & electione, & eo stante, vel prædestinatus liberè præbet assensum gratiæ excitanti, vel necessario, si secundum, tollitur usus libertatis, & est contrà Conc. Trid. sess. 6. can. 4. quia cum tale decretum sit ab æterno pro tali nunc, voluntas pro illo nunc non est libera libertate exercitii, contrarietatis, & specificationis, & ita prædestinatus esset confirmatus in gratia, quod non est dicendum ex Scot. cit. si primum, haberet intentum. Sed in primis perperam ait, hæc conclusioem esse Scot. lit. B. cum Doctor ibi potius oppositum doceat, etenim respondendo ad questionem, & accipiendo prædestinationem, ut ipse se declarat, propriè, ut dicit actus

voluntatis divine, scilicet ordinem electionis pro voluntate diuinam alicujus creature intellectualis, vel rationalis ad gratiæ & gloriam, resolvit questum in hæc verba. Dico ad questionem in se, quòd iste, qui est prædestinatus, potest damnari, non enim propter ejus prædestinationem est voluntas eius confirmata, & ita potest peccare, & ita pari ratione in peccato hære finaliter, & ita potest damnari, sed sicut potest damnari, ita potest non prædestinari, itaque resolvit questum, quòd absolute loquendo, prædestinatus potest damnari, quia potest peccare, & finaliter in peccato mori, eo quòd ut dictum est n. 230. cum determinatione de ineffe, que habetur ex vi prædestinationis, sit in determinatione de possibili, non tamen adhuc resolvit, quòd prædestinatus possit damnari in sensu composito, accipiendo prædestinationem, ut dicit electionem creaturæ ad gratiam, & gloriam, sed hoc resolvit immediatè post verè, seq. quantum autem ad logicam, & ait, eam propositionem esse distinguendam secundum compositionem, & divisionem, & in primo sensu esse falsam, in secundo veram, ergo prima hæc conclusio, quòd potest prædestinatus damnari in sensu composito, accipiendo prædestinationem, ut dicit electionem creaturæ ad gratiam, & gloriam tantum abest, quòd ex Scoto ibi colligitur, quòd potest patenter Scotus discretis verbis asserit oppositum, in quòd in sensu composito non potest concedi illa propositio, quia in sensu compositionis per se extremum est homo, vel persona prædestinata sub ista determinatione prædestinata, & iste sensus est falsus, ut dictum est supra num. 231. declarando sensum compositum ex eodem Scoto 1. 20. G.

282 Neque ratio illa propositum, probat, concedo enim positò tali decreto, & electione, & eo stante, prædestinatum liberè præbet assensum gratiæ excitanti, ita potest dissentire, ut ait Trident. cit. nego tamen, hæc sequi intentum, quòd scilicet prædestinatus in sensu composito possit damnari, quoniam ut declaratum est n. cit. 231. sensus compositus attendi non debet ex conjunctione forme unius in subiecto cum potentia ad oppositam, sic enim concedi deberet hæc propositio, sedentem ambulare est possibile, quæ tamen à logicis non conceditur, etiam si cum actuali passione bene componatur potentia ad cursum, & solùm attendi debet ex conjunctione utriusque forme, oppositæ simul, in eodem subiecto, & pro eodem tempore, que conjunctio cum sit impossibilis, ideò negari solent huiusmodi propositiones in sensu composito, sedentem currere est possibile, possibile est albi esse nigrum, quia tunc sensus esset, inquit Doct. propositiones huiusmodi, album est nigrum, sedens est ambulans, esse possibile; quam sensus compositi declarationem etiam Auctor iste in suo secundo notabili adducit ex Scoto 1. d. 39. G. & d. 40. B. cum ait, quòd sensus compositus est solùm una categorica, cuius subiectum est voluntas sub actu volendi pro A. & predicatum est eadem voluntas cum suspensione prædicati, & iudicem actus pro A. ubi autem impossibile, voluntatem velle, & non velle pro A. ita ibi; quibus verbis, & ipse tateret, sensum compositum attendi debere ex conjunctione formatam oppositam in eodem subiecto, & pro eodem tempore, non autem ex conjunctione unius forme in subiecto cum potentia ad oppositum. Sed ex hoc, quòd stante decreto prædestinationis & electionis ad gratiam efficacem finalem prædestinatus liberè præbet assensum gratiæ excitanti, ita potest dissentire, non sequitur, quòd sit volens, id est gratiæ consentiens pro A. hoc est, pro eo instanti, quò excitatur, & movetur, & quòd non sit volens, id est dissentiens pro A. quòd requireretur, ut prædestinatus in sensu composito dici possit damnari; sed tantum sequitur, quòd sit volens pro A. cum potentia non volendi distincti, ita quòd habeat simulatam potentiam, non potentiam simulatam; sed hæc conjunctio forme cum potentia ad oppositam in eodem subiecto non facit sensum compositum, sed divisum, ut Auctor in illo secundo notabili bene declarat ex Scoto dicens, sensus verò divisus sunt dua propositiones categoricæ de eadem voluntate duæ prædicatæ oppositæ pro eodem instanti voluntatis, non tamen ambe de esse, sed una de ineffe, ut voluntas volens pro A. altera de possibili, ut voluntas potest non velle pro A. & significat, quòd voluntas pro eodem instanti, pro quo vult, adhuc retinet potentiam ad suspensionem actus; ita ille. Itaque ad argumentum concessio antecedente, quòd stante decreto prædestinationis ad gratiam, & gloriam, adhuc prædestinatus liberè præbet assensum gratiæ excitanti, negatur consequentia, quòd scilicet prædestinatus damnari possit in sensu composito, quia conjunctio forme in eodem subiecto cum potentia ad oppositam, qualis solùm sequitur ex illo antecedente, non facit sensum compositum, sed divisum, alioquin hæc etiam esset vera in sensu composito, sedentem ambulare est possibile, quia cum actuali sessione stat potentia ad ambulandum, & ex quo infero, Auctorem optimam præmississe in not. 2. declarationem sensus compositi, & divisivi, sed minus consequenter ad eam conclusionem deduxisse.

Hanc solutionem insinuat arguis his verbis; Respondet Adver-



Disputatio Quinta de Divina Prædest. & Reprob.

faci, prædestinatum posse non præbere assensum, & in gratia nõ per se veritate in sensu d'ivo, & hoc sicut ad salvandã nostram libertatem, & usum; quam responsionem ait, à Fabio reiciit, d. 1. d. sp. 4. cap. 8. nu. 67. & 69. & ipse quoque reiecit, nam in sensu d'ivo intelligitur voluntas non cum tali decreto, sed in se absolute considerata; ac etiam hoc modo Hæretici libertatem voluntati nostræ tribuebant, quatenus scilicet in se consideratur, non prout subest divino decreto, & determinationi, sic ergo dicendo videntur cum illis convenire. Sed in primis hanc solutionem à Fabio rejectam, imò nihil ad propositum loc. cit. inventio. Deinde libertas scirem, quoniam sint Adversarij sic respondentes, alios planè esse non opinor, quàm ad ipso cit. ab initio sup. controver. sic. d. 1. d. 18. dum ait, assentes, prædestinationem necessitatem saltem consequentia libero arbitrio inferre, ut consequenter loquantur, tenentur dicere, prædestinatum in sensu composito non posse damnari, & e contra, ita quòd prædestinatus necessitate secundum quid, licet non absolute, secundum ipsos salvabitur, & reprobis damnabitur, & ita ait tenere Basso l. p. d. 4. art. 3. Major, & Radam; qua ratione non solum Scotistas hoc citate poterat pro hoc modo loquendi, sed omnes professor Scotistas, & Thomistas, & Nominales passim docentes, prædestinationem, & præsentiam inferre necessitatem consequentia, que stat cum libertate, quo etiam modo loquantur Sancti Patres presertim Auguft. Anselmus, & Boetius, ut contra hunc eundem Auctorem demonstrat d. 1. d. 4. q. 4. art. 1. paucis quibusdam exceptis, qui pro tanto negant necessitatem consequentia inferri ex divina præsentia, & prædestinatione, in quantum affirmat, Deum posse aliquid velle de novo in tempore, que opinio, ut periculosa ab omnibus reiecit, ut ostendi d. 1. d. 2. q. 4. art. 4. Imò si verum est, ut bene ait noster Auct. quòd assentes, prædestinationem, & præsentiam necessitatem saltem consequentia libero arbitrio inferre, ut consequenter loquantur, tenentur etiam dicere, prædestinatum in sensu composito non posse damnari; id etiam Faber tenere debet, cum loco ab ipso citato d. 1. d. 4. cap. 8. nu. 67. admittat cum aliis divinam præsentiam inferre necessitatem consequentia, & suppositionem, non quidem antecedentem, sed consequentem ex Anselmo lib. de concord. præsent. & prædest. ar. que idè nõ quæ in illo eodem loco reiecit responsionem illam de sensu d'ivo, & composito, ut ei imponit Auct.

Verùm ut eius error detegatur, advertendum est, confutationem suam à Vulpio mutuasse d. 1. d. 3. 6. art. 6. n. 4. in fine, ubi præmissa ex Scoti declaratione sensus compositi, & d'ivi reiecit nonnullis, malè hujusmodi sensu, explicantes his verbis; Hinc patet secundo, quàm malè sint loc. Doctores, qui nulla distinctione utentes sensum compositum ita explicaverunt, ut sit, quòd necessariè prærequisita ad agendum sunt in voluntate, & sensum d'ivum, quòd illa absint; nam ita intelligendo, non interitum controver. quædam inter Catholicos, & Hæreticos opiniones per auxilium divinæ gratiæ usum libertatis impediri, cum per Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. & can. 4. adversus eos definitum sit liberum arbitrium à Deo munitum, & excitatum posse nihil operari, quinimò Deo vocanti dissentiri; etenim si in sensu d'ivo, & non composito modo explicato foret Concilium locutum, sanè citatis Hæreticis faveret, nihilque adversus eos definitur, cum Hæretici opinati fuerint, usum libertatis ad supernaturaliter operandum tunc impediri, quòd necessariè prærequisita auxilia ad supernaturaliter operandum adfunt, & non quando absint; ita Vulpes. Hac est ipsissima confutatio, quam noster Auct. desumpsit ad reiiciendam illorum Scotistarum solutionem de sensu composito, & d'ivo, quem d'ivum dicebant ad libertatem sufficere; & arguens replicat non sufficere, quia etiã Hæretici cõcedunt voluntatem suam libertate potiri, cum auxilia ad supernaturaliter operandum requisita absint; impediri verò ejus usum, cum adfunt, quòd damnat Concilium; Ceterum advertere debet, quòd illi Scotiæ non explicant sensum compositum, & d'ivum eo modo, ut sensus compositus sit quando necessariè prærequisita ad agendum sunt in voluntate, & sensus d'ivus, quando illa absint; nã juxta hanc explicationem fatentur ipsi quoque, si sensus compositus componat voluntatem cum necessariè prærequisitis ad agendum, qualia sunt divina auxilia prævenientia ad supernaturaliter operandum, voluntate esse liberam, cum illa adfunt; hoc modo cõcedunt voluntatem nedùm in sensu d'ivo, sed etiam in sensu composito posse Deo vocanti dissentiri, quia de ratione potentiæ liberæ, ut sic, & ut à causa naturali fecerint est, ut possit omnibus necessariè prærequisitis ad agendum, & ad actum primum speciantibus posse potentia proxima, & ad utrumlibet expedita agere, & non agere; imò sensus d'ivus hoc modo explicatus non sufficit ad libertatem, quoniam voluntas nostra, dum divinum auxilium abest, non est sufficienter constituta in actu primo proximo, ut possit supernaturaliter operari, & non operari, sed debet dici non posse operari, cum censetur divinum auxilium unum de necessariè prærequisitis ad actum agendum. Nõ

(inquã) illi Scoti sic respondentes hoc modo intelligunt sensum d'ivum, & compositum, sed juxta declarationem à suo Magistro Scoti traditam, & supra relata, juxta quam sensus d'ivus optimè salvat libertatem volentis, etiam dum actum premota est, & excitata à divino auxilio, quoniam etiam cum adest divina gratia, remanet in voluntate potentia proxima ad agendum, & non agendum, quoniam ut dictum est, explicando sensum d'ivum ex Scoti forma existentis in subiecto non excludit potentiam subiecti ad recipiendam oppositam, sed solum coexistentiam, & similitatem cum illa, & cum determinatione de inesse stat in determinatio de possibili; & efficacitas auxilii existentis in voluntate ponit tantum in infallibilem connexionem ejus cum sensu futuro, non autem tollit potentiam voluntatis, etiam proximam ad dissentium; ergo sensus d'ivus sic explicatus à Scotiis optimè salvat libertatem nostram non impeditur ab efficacia auxilii si in voluntate existentis, quòd negant Hæretici, quoniam ad libertatis usum componendum cum efficaciam auxilii non requiritur, quòd voluntas cum eo sit operativa, & non operativa, cum hæc contradictoria, sed quòd ita sit infallibiliter operativa, ut simul potentiam proximam habeat ad non operandum. Hæc igitur præcipua causa fuit totius erroris, & confusionis illius Auctoris in resolutione questionis ab ipso proposita, an prædestinatus in sensu composito possit damnari nam cum rectè in notat. 2. sensum compositum, & d'ivum ex Scoti declaratione, resolvendo postea quæsitum per conclusionem non amplius accipit sensum compositum, & d'ivum juxta declarationem ex Scoti adductam, sed juxta declarationem illam ex quibusdam Doctoribus à Vulpio adductam, & ab ipso optimè confutata, & cum Scotica confundit.

Secundo principaliter probat utriusq; eandem primam conclusionem, posse, scilicet prædestinatum in sensu composito damnari, quia prædestinatio non confirmat prædestinationem in gratia; ergo prædestinatus in sensu composito, & itante prædestinatione, & electione ad gloriam potest liberè peccare, & finaliter in eo persistere, quia sicut liberè peccavit à libertate persistit, & ita damnatus potest, post consequentia, quia ipsastante non potest damnari, nec eriam post peccata, & ita est in gratia confirmata. Preterea etiam beatitudo non confirmaret in gratia, nam hoc modo Beatus secundum Scotum in sensu d'ivo potest peccare, sublata scilicet beatitudine, & ita idem curruerit de prædestinatione. Confirmat divina electio ad gloriam, & gratiam non magis necessitat voluntatem nostram, quàm determinatio ejusdem de aliquo opere bono à nobis factibili, imò minus, nam tale opus dicit ordinem essentialem ad nostram voluntatem, cum ab ipsa habeat pendere, electio autè ad gloriam, & gratiam est à solo Deo, subsumo, sed talis determinatio nullam imponit necessitatem, etiam in sensu composito ex Conc. Trid. sess. 6. cit. quia cum ita opera bona determinat Deus, & velle non facit, quæ tamen omittuntur; restat ergo nostra voluntas libera libertate exercit, specificationis, & contrarietatis, quod non est, si in sensu composito non possit prædestinatus damnari, & e contra.

At neque ista rationes bene probant; Ad 1. Conf. concessio antecedente nego consequentiam, quia ut dictum est ad primam principale num. 282. in fine conjunctio formæ in subiecto cum potentia ad formam oppositam non facit sensum compositum, sed d'ivum juxta veram declarationem sensus compositi, & d'ivi à Scoti traditam; consequentia illa non tenent, nisi juxta aliam declarationem sensus d'ivi, & compositi falsam à Vulpio relata, & rejectam, qua arguens semper utitur in ea quæ relicta declaratione Scoti, quam præmiserat, vel potiùs hanc cum illa confundendo, negat igitur perpetuò hæc consequentia, stante prædestinatione, & electione ad gloriam potest prædestinatus liberè peccare finaliter, & ita damnari; ergo potest damnari in sensu composito, sicut hæc passim negatur à Logiicis, cum sessione actuali Periti sit in eo possibilitas ad cursum, ergo Perum sedentem possibile est currere in sensu composito; quia ex vi sensus compositi sequeretur, in Petro conjugii posse simul cursum, & sessionem, ut constat ex vera declaratione sensus compositi superius tradita, imò postquam probavit Doctor d. 40. prædestinatum posse damnari, quia prædestinatio non confirmat prædestinationem in gratia, & ita potest peccare etiam finaliter, & ita justè damnari; nec quis putaret hinc inferri quòd potest damnari in sensu composito immediatè subditi, sed sicut potest damnari, ita potest non prædestinari, quibus verbis indicat, non esse possibilem actuale compositionem damnationis cum prædestinatione, nisi si talis damnaretur actualiter, jam amplius non esset prædestinatus. Ad 2. negatur consequentia, quia non asserimus, stante prædestinatione non posse prædestinatum peccare, sicut concedimus, stante beatitudine non posse Beatum peccare proximè, & cum expedito libertatis usum, imò concedimus, stante prædestinatione adhuc posse proximè prædestinatum peccare, fed negamus, hinc sequi, posse damnari, ut prædestinatum in sensu composito eo rationi allatam; unde

negat.

Quæst. IV. An reprobis possit salvari, & prædest. damn. Art. IV. 325

negatur paritas de beatitudine, & prædestinatione, quia necessitas, qua fruitor Beatus est, necessitas procedens ex suppositione omninò antecedente usum nostræ libertatis, & que excludit eò, cutim patatum à opposito, ut Scotus docet s. d. 49. q. 6. R. at necessitas, qua salvatur prædestinatus, procedit ex suppositione concomitante, cum in executione pendat ex nostris operibus; & secundum alios etiam in intentione, ut constat ex dictis à n. 221. usque ad 237. inclusivè; at necessitas procedens ex suppositione omninò antecedente non sufficit cum usu libertatis, ut contra Thomistas ostendi d. 1. d. 3. q. 3. n. 149. & seq. quo casu diximus ibi; non valere distinctionem de sensu composito, & d'ivo ad salvandam libertatem, alioquin dicere possemus, Beatum clare videntem Deum, posse damnari jam, & ad hoc esse liberum, eo quod in sensu d'ivo visionis, id est, si caret visione, possit damnari; & hominem à nativitate cæcum esse liberum ad videndum, eo quod licet in sensu composito cum cæcitate non possit videre, potest tamen in sensu d'ivo, id est, si caret cæcitate, que sunt omninò absurda, & idè loc. citat. diximus, necessitatem in sensu composito tunc solum stare cum libertate, quando procedit ex suppositione, fed formaliter, vel saltem virtualiter concomitante, quam ponere, vel tollere sicut aliquo modo in potestate nostra. Ad ultimam confirmationem concessa utique majori, nego minore, quòd divini decretum, si fuerit absolute, & efficaciam, & non conditionatum tantum, ut in proposito est, prædestinatum non imponat necessitatem libero arbitrio consequentia, & in sensu composito, neque id negat Conc. Trid. sess. 6. can. 4. sed tantum definit liberum arbitrium à Deo munitum, & excitatum posse dissentire, si velit, cum quo adhuc stare potest, quòd infallibiliter ex tali efficaciam promotione operabitur cum toti sui libertate, & idè necessitas illa est solum consequentia, & secundum quid non verò consequentis, vel ex suppositione omninò antecedenti, illa verò probatio ejusdem minoris, quòd multa opera bona determinat Deus, & velle nos facere, quæ tamen omittantur, est valde implexa, & confusa, quia ly determinat, significat ex vi vocabuli decreti efficaciam, & absolutum, & hoc semper sortitur effectum, & non irritum manet, ly autem velle, significat velle itatem quandã, & simplicem affectum, quæ cum sit conditionata, non semper implerit; si ergo in illa probatione sit, sermo de divina determinatione absoluta, & efficaciam, nego, quòd multa bona determinat Deus, que omittuntur; si verò est sermo de voluntate inefficaci, & conditionata, utiq; veram est, sed negatur, prædestinationem importare solum talem velle itatem, importat enim decretum efficaciam, & absolutum, quod semper implerit; quæ tandem negatur consequentia, quòd non relæ voluntas nostra libera libertate exercit, & specificationis, etiam si in sensu composito non possit prædestinatus damnari.

Tertio probat eandem primam conclusionem auctoritate, prima est Conc. Trid. can. 17. ubi damnatur assentes, justificationem gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere, si ergo non prædestinatis datur gratia justificationis, poterit eis cõferri in articulo mortis, & ita salvari. Secunda est Pauli 2. ad Timot. In magna domo non solum sunt vase aurea, sed lignea, & fictilia, & quædam in honorem, quædam in contumeliam, si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas sanctificatum utile Domino, ex quibus verbis clarè habetur, posse quemlibet fieri ex vase in contumeliam, sicut sunt reprobi, vas in honorem, & consequenter prædestinationem suam effectum infallibiliter non habere. Tertia est Aug. lib. 6. Hypogn. cap. ultim. in conspectu Dei vos humilissimi, istius erit post illud iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædeterminationis indebitam prærogare. Quarta D. Amb. in capit. 1. Lucæ relata de penit. dist. 1. cap. novit, ubi inquit, novit Dominus mutare sententiam, si in noveris mutare delictum; & aliam tandem consimilem refert ex D. Hier. quas auctoritates preter unam, vel alteram ex Fabio desumpsit d. 56. cap. 2. n. 37. quibus ibi Faber probare contendit, prædestinationem, & reprobationem nostram variari in tempore pro merito, & demeritis nostris. Sed his auctoritatibus, prout ad tale propositum afferunt à Fabio, jam satisfactum est d. 4. q. 4. art. 3. n. 84. & 85. in opposito verò nihil plus probant, quàm quòd prædestinatus stante prædestinatione potest finaliter peccare, & ita dñari, sicut è cõtra reprobus potest finaliter mereri, & sic salvari, quòd si hic ulterius deducere cõtendat, prædestinatus in sensu composito potest damnari, & reprobum salvari, negatur consequentia ob rationem sepius inculcatã; quòd scilicet adhuc ulterius deducere contendit, prædestinationem suam effectum infallibiliter non habere autem, prædestinationem suam effectum negatur consequentia, nam propositio illa videt periculosa est, & fallibiliter omnes Theologi docent, & certuò infallibiliter includit actum præsentiam, & efficaciam divini decreti, & facit necessitatem ex suppositione concomitante, & super hanc infallibilitatem divine prædeterminationis fudat Aug. lib. de corp. & gratia cap. 13. certum numerum prædestinatorum, ut nec

Meliri in sent. Tom. I.

addatur eis quisquam nec minuat ex eis, ut loquitur ab initio capitis; ubi nota, quòd non dicit, non posse quemquam addi, vel minui, qua infallibilitas futura salutis nõ tollit proximam potentiam, ut possit prædestinatus ab illo numero excidere, fed tantum ponit infallibilem connexionem decreti cõ effectum futuro; & plures locis supracitatis nu. 228. docet, efficaciam divini decreti postulare ut infallibiliter suum fortiter effectu, & nunquam frustrari per resistentiam humani arbitrii, unde famosum est illud Aug. dictum de corp. & gratia cap. 14. Deo volenti saluum facere nullum humanum resistit arbitrium; ubi iterum, vides Aug. negare actuale resistentiam futuram tantum, non autem negare, quin possit resistere, quia ut sepius inculcatum est, efficaciam divini decreti dicit infallibilem connexionem cum effectu futuro liberè ab homine, nõ tamen negat in homine proximam potentiam ad oppositum; hoc ipsi disertis verbis docuit Scotus p. d. 40. ubi respondens ad 2. princip. quod erit, si prædestinatus potest damnari, ergo per actum voluntatis create potest impediri actus voluntatis divinæ, & e. ait. minime feci, nam impediret, si stat propositum voluntatis divinæ, & oppositum eveniret per voluntatem creatam, hoc autem est impossibile, & e. ait. stante peregrina nostri Auctoris doctrina, prædestinationem suam effectum infallibiliter non habere, ex resistentia voluntatis create, malè negasset Doctor consequentia, quia ex ea doctrina potest dare propositum voluntatis divinæ, & oppositum evenire per voluntatem creatam, qua etiam ratione paulo superius in ultima confirmatione jam relata dixit in minori submissa, multa opera bona determinat Deus non facere, que tamen omittuntur, que quidem propositiones erronee sunt, periculose, & gravissimam mentem censuram; Hic tamen nota, bardè nimis ex eo, quòd quilibet fieri potest ex vase contumelie vas in honorem, deducitur, quod quilibet potest ex vase contumelie vas in honorem, sed non potest, quia in tali casu ex hoc, quòd qui ex reprobo fiet prædestinatus, sequitur probatione suam effectum non sortiri, nõ autem prædestinationem.

Quarto statuit secundam conclusionem in his verbis. Dico secundo, accipiendo prædestinationem, quatenus dicit actum divine voluntatis supra creaturam in tempore transuentem, & virtualiter assensum voluntatis create continentem, & divine gratiæ finaliter prestantandam, non posse prædestinatum in sensu composito damnari, & e contra. Quam ait, esse Scoti i. d. cit. & probat, nam tunc divinum decretum est efficaciam, ergo oppositum evenire nequit ipso stante, aliter simul, & semel esse efficaciam, & non efficaciam; efficaciam, ut supponitur, non efficaciam, quòd oppositum eveniret. Insuper tunc divina prædestinatio includit finalem assensum nostre voluntatis ad bene operandum, & per modum actus secundum, sed autem impossibile, voluntatem pro eodem instanti præbere, & non præbere assensum. Fundatur autem hæc conclusio, sicut, & procedens in quadam distinctione, quam præmissit not. 3. ubi ait, esse notandum ex Scoto p. d. 40. B. prædestinationem posse dupliciter considerari, primo modo, quatenus dicit tantam divinam determinationem, & electionem, & hoc modo nihil ponit in creatura per modum forme, & actus secundum, sed tantum in aliquo extrinsecum, & per modum principii partialis, ut ita dicam, prærequiritur ad sufficienter operandum, & ita voluntas nostra potest in sensu composito illi resistere, ut optimè Scot. cit. & Conc. Trident. sess. 6. can. 4. secundo modo, quatenus dicit eundem actum divine voluntatis supra creaturam in tempore transuentem, ut virtualiter includentem determinationem nostre voluntatis per modum actus secundi, sed exercitè, ad prestantandam, scilicet assensum divine gratiæ, & finaliter in eo persistendum, & hoc modo tantum in sensu d'ivo potest ei resistere, ita ibi.

Sed falsum omninò est, hæc doctrinam, & duplicem prædestinationem acceptionem haberi ibi à Scoto, ut dixi supra n. 281. nec explicite, nec implicite, quin potius habeatur oppositum, nam s. ad istam questionem, prout declarans, in quo sensu de prædestinatione loquitur, ait, fed prædestinationem accipere proprie, ut dicit actum voluntatis divinæ, scilicet ordinem electionis per voluntatem divinam alicujus creature intellectuales ad gratiam, & gloriam; postea respondens ad questionem in se ait, quòd qui est prædestinatus potest damnari, quia propter prædestinationem non est confirmatus in gratia, & idè potest peccare etiam finaliter, & ita damnari; & tandem questionem resolvens etiam quoad logicam, seu quoad modum loquendi inquit, prædestinatum in sensu composito non posse damnari, fed tantum in sensu d'ivo modo superius explicato; hæc est totalis brevis, & clara Doctoris resolutio illius questionis in qua, ut patet, nec explicite, nec implicite, vel per umbram assignat aliam prædestinationis acceptionem, juxta quã post dicit, prædestinatum posse damnari in sensu composito, sed declarata acceptione prædestinationis proprie dicitur, quantum ad prædestinatum posse damnari, quantum verò ad modum loquendi, qui ad Logicam spectat, hoc esse intelligendum in sensu d'ivo nõ in sensu composito; igitur illa prædestinationis acceptionem

288



juxta quam Auctor noster asserit, prædestinatum posse damnari in sensu composito, ex suo cerebro excogitavit, & ad persuadendum Lectorem Scoto affinitat, ad quod credendum moveor ex declarationibus, quæ asserit prædestinationis in hoc sensu, ait enim, quod hoc modo sumpta, scilicet quatenus dicitur tantum divina determinationem, & electionem nihil ponit in creatura per modum forme, & actus secundi, sed tantum aliquid extrinsecum, & per modum complicitatis partialis prærequisiti ad sufficienter operandum, & ita (inquit) voluntas nostra potest in sensu composito illi resistere, ut optime Scot. cit. & Conc. Trid. sess. 6. hæc ille. Sed quis stupidus unquam dixit, electionem ad gratiam, quæ est propria prædestinatorum, & præcipue prædestinationis effectus esse ad gratiam sufficientem, per modum complicitatis partialis ad sufficienter operandum? Quis hebes dicitur, Conc. Trid. sess. 6. can. 4. cum definit contra Calvinum, & Lutherum arbitrium nostrum à Deo præmotum, & excitatum posse dissentire, si velit, locutum esse de gratia, & auxilio sufficienti, & non efficaci? contra verba inter Catholicos, & Hæreticos nunquam fuit de auxilio sufficienti, nam & Catholicis cõcedunt, tãt auxilio humanum arbitrium posse resistere, & de facto resistere, sed tota controversia erat de auxilio efficaci, ex cuius efficaci dicebant Hæretici, usum libertatis impediri, cõstat ergo, hæc acceptio prædestinationis, juxta quam ait, prædestinatum in sensu composito posse damnari, esse omnino chimericam, quia electio ad gratiam, quæ est effectus prædestinationis ad gloriam, non est ad gratiam sufficientem, quæ est communis etiam reprobis, & est effectus, non prædestinationis, sed generalis, & simplicis voluntatis, quæ Deus vult, omnes homines salvos fieri, ut docet Scotus p. d. 46. nec ullum habere fundamentum in Conc. Trid. citat, quoniam loquitur de auxilio efficaci, non sufficienti, nec ullam mentionem facit de sensu composito, vel diviso, neq; demum in Scoto, ut satis constat ex dictis. Et ex hac irrationabili, & falsissima divise prædestinationis acceptione oritur per versus ejus, ac male sonans modus loquendi in hujus questionis resolutione, quod prædestinatus in sensu composito possit damnari, & quod prædestinatio suam effectum infallibiliter non fortitur, quia admittit prædestinationem, quæ importet in aliquo sensu decretum inefficax, & dicat electionem ad gratiam tantum sufficientem, quod est principium falsissimum, & contra omnes Theologos.

290 Alia verò acceptio prædestinationis, ut dicat actum divine voluntatis supra creaturam in tempore transeuntem, & virtualiter includentem determinationem nostræ voluntatis, per modum actus secundi præstandi, scilicet assensum divine gratiæ, & finaliter in eo persistendum, rationabilior quidem est, & à Scoto in sententia loci, citi non tamen rationabiliter, & consequenter ab Auctore deducta; nam instantum Vulpes, quem pro se citavit, quibus prædestinationem includere virtualiter assensum voluntatis nostræ, quia tenet disp. 36 ar. 6. n. 3. decretum per ipsam importatum non esse suppositionem omnino antecedentem, sed saltem virtualiter concomitantem, etiam in ordine intentionis spectatum, ut etiam nos statimus supra n. 221. unde ob talem concomitantiam virtualiter includit determinationem nostræ, ne proinde nullam inferat necessitatem antecedentem libertati obnoxiam, sed tantum consequentem; ad nos Auctor controvers. 16. concl. 2. contra Vulpium reititit omnem cõcomitantiam à divinis decretis, quem jam defendi disp. 49. q. 4. art. 1. & rursus in sua concl. 3. illius controversiæ asserit cum Thomistis, quod cum esse suppositionem omnino antecedentem; ergo si ibi à Vulpio in principis distretat, neque hic in conclusionem eum eodem convenire, quod scilicet prædestinatio virtualiter includat assensum voluntatis nostræ sine libertatis præjudicio, hoc enim Vulpus consequenter, & rectè deductit ex concomitantia divinatorum decretorum, quam junctis pedibus Auctor noster cum Thomistis negat; Constat igitur, hæc duplicem prædestinationis acceptionem, in qua tota hujus questionis resolutionem fundat, fuisse ab eo male confusam, & pejus applicatã. At venimus modo ad primam hujus secundæ conclusionis probationem, hæc planè non magis rectè procedit, concedo antecedes quod divinum prædestinationis decretum sit efficax, imò nullum sensum admitto, in quo sit inefficax, quia prædestin. & reprobatio, ut sic, dicunt actus efficaces divine voluntatis; nego tamen concomitantiam illam, ergo oppositum evenire nequit, nã, ut sepius dixi, efficacia divini decreti ponit tantum determinationem de ineffe, non verò negat indeterminationem de possibili, & dicit infallibilem connexionem cum effectu futuro, non tamen tollit potentiam ad oppositum, alioquin nec effectus futurus contingens foret, nec voluntas liberè eum poneret; probatio verò illius consequentiæ optime procedit in se cõsiderata, quod scilicet esset simul, & semel efficax, & non efficax, & efficaciter supponitur, nõ efficax, quia oppositum evenit, rectè (inquit) procedit, quia modo inefficacia arguitur ex eo, quod oppositum de facto eveniret; et in causis præcis, sicut asserit mat

et causa affir matio, ita negatio negationis, & e contra; sicut igitur ex eo, quod effectus jam decretus, & determinatus non evenit, deducitur, decretum illud esse inefficax; ita e cõtrã, si efficacia decreti in eo præcis consistit, quod effectus ex vi illius sit futurus, non autem in hoc, quod etiam evenire nõ possit oppositum, ut ille in sua consequentiã dicebat; bona est ergo probatio consequentiæ in se considerata, sed non bene applicata, nam in consequentiã probat, decretum esse efficax, quia oppositum evenire nequit ipso stante, malè, & in probatione consequentiæ ex indè probat, decretum non esse efficax, quia oppositum evenit de facto, non autem quia oppositum evenire possit & bene. Alia probatio conclusionis bene procedit, sed non cõsequenter ad principia arguentis negantis concomitantiam divinatorum decretorum, nam in antecedentiã decretum divinum, quam ipse solum cum Thomistis cõcedit, inclusio virtualis assensum nostrum cum libertate compositibilis fundari potest, ut latè probatum est contra Thomistas disp. 3. q. 3. ar. 8.

291 Quintò ponit sum cõclusionem tertiam sub his verbis; Dico tertio, prædestinatum in sensu diviso posse damnari, quia probat, quia divinum decretum liberè transit super creaturas, & cõsequenter poterat non transire, ergo, & c. Præterea, si prædestinatio nõ possit damnari in sensu diviso, non essent homines hortandi ad bonum, nec preces effundendæ, ut Deus fiant nobis largiatur gratiam, & similia; & hæc rationes etiam probant de sensu composito; ita ille. Hec conclusio vera est, sed probatio non est sufficiens, quia solum salvat libertatem, & contingentiam cause primæ, ut dixi disp. 3. n. 156. non cause secundæ, & solum agnoscit contingentiam in effectu, ut à causa prima procedat, quatenus oppositum poterit etiam determinate, nõ autem à causa secundã, in qua tamen est formalis contingentia, & libertas, & de qua præcipue hæc questio agitur; Hinc Scotus d. 40. in eius resolutione inquit; ex hoc, quod quod propter illa, quæ dicta sunt in quest. præced. quod Deus contingenter prædestinat illum, quem prædestinat, & potest non prædestinare, non simul ambo opposita, nec successivè, sed utrumque divisim in instanti æternitatis, & videns per hoc non satisfieri quæst. in se, quæ præsertim movetur de libertate prædestinati, subtexit immediate post; cõsuisiliter dico ad questionem in se, quod iste, qui est prædestinatus, potest damnari, non enim propter ipsam prædestinationem est voluntas ejus confirmata in gratia, & ita potest peccare, & c. Ergo Doctor ratio illam judicavit insufficientem, quia non salvat contingentiam, nisi ex parte Dei, liberè prædestinantis, & non prædestinantis. Alia ratio melius procedit; sed quod addit in fine, & hæc rationes etiam probant de sensu composito non satis percipio, nam prædestinatum posse salvari sensu diviso, & non posse salvari in sensu composito, quamvis non sint propositiones contrariæ, scilicet, quia non sunt secundum idem, nihilominus sunt aliquo modo oppositæ, atque idè non eidem rationibus probatur una, & altera; unde Auctor noster nimis breviter, sed sæpius confusum parit, vel saltem obcuritatem in suis dictis.

292 Sextò contra primam conclusionem suam, quod possit prædestinatus damnari in sensu composito, arguit sic in contrariis; Si prædestinatus in sensu composito potest damnari, de eodem pro eodem instanti possent cõtradictoria verificari, sed hoc admitti non debet; ergo, & c. probatur sequela majoris, quia pro eodem instanti esset ordinatus, seu electus ad gloriam, ut supponitur, & non ordinatus, quia ille stante posset damnari, in qua damnatione includitur non ordinatio ad gloriam, licet damnatio fort maliter talem negationem non importet. Quoniam verò hæc est ratio, quia Scotus, Bassolius, Mairon, Rubion, & alii passim probant, prædestinatum nõ posse damnari in sensu composito, accuratè est ponderanda Auctoris solutio; Respondet itaque ex Scoto p. d. 46. A. negans, si sequamur, ad probationem distinguit, effectus voluntatis, & ordinatus, & nõ ordinatus eadem ordinatione, & negat, & negat, diversa concedit; non enim est inconveniens, quod aliquid pro eodem instanti sit volitum voluntate antecedente, & oppositum voluntate consequente, hoc enim non infert contradictionem, ut Scot. 2. d. 37. q. 1. Y. Ceterum, quia prævidit, responsum esse nec esse ad rem, neque ex Scoto ibi colligi, sed potius oppositum, statim contra eam bene replicat dicens, Contra, voluntas, quæ Deus vult, & ordinat prædestinatus ad gloriam est voluntas beneplaciti, & ultimata determinata, quæ semper impletur ex Scoto nunc citat. in p. non verò voluntas antecedens, nam hæc voluntate vult, omnes homines salvos fieri ex Paulo 2. Thimot. Respondet nihilominus negando antecedens, accipiendo prædestinationem, quatenus præcis dicit ordinationem creaturæ ad gloriam, ad probationem negat patitur, quod Deus velit reprobos salvare voluntate antecedente, se habente per modum actus, sed tantum voluntate signi, sed accepta pro actu primo, est enim duplex voluntas antecedens ex Scoto cit. in p. d. 46. A. ultimata determinata, & non ultimata determinata, & hæc de causa Scot. addit hæc verba, quod voluntas divina se determinat

ad ponendam aliquid in esse ultima determinatione illud erit, nota illa verba, ultima determinatione, signum evidens, posse se determinare per modum actus secundi, & velle aliquid, & tamen illud non esse, cum non sit ultimata determinatum.

293 Hæc solutio tunc continet salutaris, ac absurditatis, quot verba; primo malè negatur antecedens, quoniam exopto simpliciter affectu, ac generali voluntate, quæ omnium gloriam desiderat, alia specialis voluntate, quæ Deus vult, & ordinat prædestinatus ad gloriam est voluntas, efficax, absoluta, beneplaciti, & ultimata determinata, & ita omnes docent Theologi, nemine accipit Scotus prædestinationem p. d. 40. & d. 41. nec ullam voluntatem, & ordinationem ad gloriam simplicem & inefficacè esse omnibus commanem, & vocat voluntatem antecedentem, quæ acceptio prædestinationis in eo sensu, ut fit voluntas inefficax respectu prædestinatorum est omnino chimerica, & fictitia, ut constat ex dictis n. 288. Deindè ad probationem illius antecedentis prius negat, quod Deus velit reprobos salvare voluntate antecedente, se habente per modum actus, sed tãtũ voluntate signi, sed accepta pro actu primo, hoc enim fuisse probatum est ex communi Theologorum q. 1. hujus disp. & disp. 4. q. 5. nu. 97. & 92. ob sensum esse, voluntatem quoque signi in Deo ita explicandam esse, ut sit vera, & propria voluntas per modum actus secundi, & omnino coincidat cum voluntate antecedente, alioquin voluntas, quæ dicitur Deus velle, omnes salvos fieri, nõ esset vera, seria, & sincera voluntas, sed profus apparens, & ficticia, ut ibi fati evidenter concluditur esse; tũ quia ut passim advertunt Theologi, & Scoti omnes p. d. 46. quando voluntas ad divisa dividitur in voluntatem signi, & beneplaciti, atque lentem, & consequentem, & non accipitur voluntas pro actu primo, sive pro potentia ipsa volitiva, sed accipitur pro actu secundo ipsius voluntatis. Denique pejus adhuc voluntas antecedens præterit, de qua ibi loquitur Scotus, in ultimata determinata, & non ultimata determinata dividitur, nam ibi loquitur de voluntate antecedente, prout est illa, quæ Deus vult aliquid, quãtũ est ex se, nisi sit impeditum ex parte creaturæ, ut quod omnes salvi fiant, præcepta ejus ferunt, & c. ita dicitur se explicat Doctor, s. ad primam arguentem, cum exponens Pauli testimonium ad Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, ait quod multo melius posset exponi de voluntate antecedente, si dicitur vult omnes homines salvare, & salvos fieri, quãtũ scilicet est ex parte sui, & voluntate sua antecedente, in hoc eodè sensu explicaverunt voluntatem antecedentem Chrysol. & Damasceus, qui primi tradiderunt divisionem illam divine voluntatis in antecedentem, & consequentem, ut dixi disp. 5. n. 96. satis autem constat, quod nulla voluntas sit antecedens potest dici ultimata determinata, de qua inquit Doctor ibidem, quod semper impletur, & fortitur effectum, nam voluntas in eo sensu antecedens non semper impletur, ut patet de voluntate salvandi omnes; ergo dicitur repugnat, voluntatem antecedentem, ut ibi de ea loquitur, dividi in ultimam, & non ultimã, quia omnis voluntas sit antecedens ex suo genere est non ultimata, quia inefficax, & conditionata, idè quæ voluntas ultimata, de qua ibi Scotus, non ad voluntatem antecedentem, sed consequentem spectat, quæ dicitur voluntas efficax, & absoluta, hinc Lichetus ibi ait, quod voluntas ultimata, voluntas efficax, voluntas beneplaciti, & voluntas consequens idem importat; voluntas verò non ultimata, non efficax, & voluntas antecedens idem sunt, & sic passim loquitur alii Scotistas, & ceteri omnes Theologi, adeo quod voluntatem ultimam, & efficacem reponere sub voluntate antecedente, sicut speciem sui generis, est errate in januis, ac terminos ignorare ipsi Tyronibus notos, qui ab isto Auctore cavere debent, ter minus passim pervertunt; Idem cõredo quod habet in fine solutionis, posse divisa voluntatem se determinare per modum actus secundi, & velle aliquid, & tamen illud non esse, cum non sit ultimata determinatum, id est, efficaciter, & absolute; nego tamen, talem voluntatem, quæ vult, & ordinat prædestinatus ad gloriam, esse voluntatem non ultimam, & inefficacem, nam omni talis voluntas citrà prædestinationem est efficax, & ultimata, quæ proindè infallibiliter suum fortitur effectum, ut monet Lich. loc. cit. & passim Theologi docent.

294 Septimò aliter in super urget argumentum per modum replicæ contra eandem primam conclusionem, dicit, prædestinatum posse damnari in sensu composito est una propositio categorica cuius subiectum est persona prædestinata, seu existens sub prædestinatione, prædicatum verò est damnari, est autem impossibile, sensum hujus propositionis esse verum, ut etiam fateor Scotus p. d. 39. art. 1. G. ob impossibilitatem formam, electionis scilicet, & reprobationis in eodem subiecto, cum impossibile sit pro eodem instanti, voluntatem posse simul velle, & non velle idem obiectum, prædestinatio autè includit velle, reprobatio verò non velle. Hic rursus est sedulo observandum, quid respondeat noster Auctor, cum hoc etiam sit argumentum, quo

utuntur Scotus, & Scotista, & alii Theologi ad probandum prædestinatum in sensu composito damnari non posse. Resp. (inquit) ex dictis, est una propositio, cuius subiectum, & c. accipiendo prædestinationem, quatenus importat electionem antecedentem præcis, & reprobationem, quatenus importat actum illi voluntati, & electioni oppositum, nego, hoc enim modo est impossibile, ut optime probat argumentum, quatenus prædestinatio dicit præcis electionem, & ordinationem antecedentem, reprobatio verò actum oppositum voluntati cõcomitanti, concedo; & hoc modo non est inconveniens idem esse volitum, & nolitum ex Scoto 2. d. 37. cit. & 4. d. 16. q. 2. R. ubi habet hæc verba, voluntas divina pro instanti, pro quo iste peccat, & pro toto tempore habito usque ad instanti B. vult illum esse puniendum, id est, esse dignum puniri, quod nihil aliud est, nisi velle punire illum pro tunc, & hoc voluntate conditionata, scilicet si fiat in termino, vel si in instanti B. panitur, vult illum pro tunc, & pro toto tempore habito usque ad instanti novum peccati non esse puniendum, quod esse velle illum conditionatè per nõ punire, si fiat in termino, ubi nota, quod pro eodem instanti B. vult illum punire & non punire, formam, & negationem conditionaliter, quo patet, posse damnatum salvari, & prædestinatum damnari, si in termino liberè non peniteat, quod potest; habetur pariter, quod non valet paritas de pariete nigro, qui non potest in sensu composito dealbari, sed diviso tantum, quia aliud est dicere, paries determinatus ad nigredinem, & paries niger, primo modo etiam in sensu composito potest dealbari, quia est ordinatus tantum per modum actus secundi, & figurat, secundo modo verò exercitè, & per modum actus secundi; idè tantum in sensu diviso, non verò composito potest damnari, sed bene electus ad gloriam, etiam in sensu composito potest damnari.

Hæc est ejus responsio ad verbum relata, sed nunc facer cogor, non brevitate, sed vel doctrinae abstrusitate, vel interni conceptus exprimentis sterilitate parere in dictis hujus Auctoris obcuritatem, & difficultatem, nam responsio ad hoc argumentum satis est profusa, & proluxa, & tamen nullum sensum elicere valeo his verbis subtilitatis, vel potius tarditatis mee id adscribere juvat, itaque qualis est responsio, talis erit quoque consurtatio, in primis non satis percipio, quid dicat reprobatio, prout dicit actum oppositum prædestinationi, quatenus importat electionem antecedente præcis, sicut enim prædestinationem sic sumpta, quæ dicit actum efficacem, circè salutem prædestinatum non admittit præter generalem voluntatè salvandi omnes ex dictis n. 288. ita neque reprobationem agnosco, nisi oppositam, cum oppositorum sit eadem disciplina, vel certe si reprobatio admitti debet illi prædestinationi opposita, alium importare nequibit, quã voluntatem inefficacè excludendi à regno antè cujuscuque peccati prævisionem, quod divine misericordie consentaneum non est, & dicitur opponeretur voluntati generali, quam habet de omnium salute, sicut igitur prædestinatio illa antecedens per modum actus inefficax est omnino chimerica, & fictitia ex dictis, idem erit de reprobatione tali prædestinationi opposita; sed quod relinquitur ambiguum, & chimeras, major assumpta in argumento est Scoti 1. d. 40. lit. B. ubi inquit, in sensu compositio per se extremum est homo, vel persona prædestinata sub huius determinatione prædestinatus, & profertur ibi, se loqui de prædestinatione proprie dicta, ut dicit ordinem electionis per voluntatem divinã intellectus creaturæ ad gratiam, & gloriam, & quod in ea tota questio loquatur de prædestinatione, ut dicit actum efficacem divine voluntatis, cõstat ex solutione ad secundum ubi ait, quod voluntas creata non potest impedire ordinationem voluntatis divinæ, quod utique de ordinatione efficaci intelligitur, non autem de inefficaci quadam, & simpliciter voluntate, quam non semper impletur completum est, unde quando Scotus proponit questionem, an prædestinatus possit damnari, certum est accipere prædestinationem pro ordinatione efficaci alicuius ad gloriam, nam de ordinatione inefficaci, & solum sufficienti, nulla est questio, cum patet, reprobos sic ad gloriam ordinatos esse per voluntatem generalem salvandi omnes, & tamen de facto damnari, item cum Scotus questionem proponit tam resolutam, non respondet questionem, per distinctionem termini prædestinationis in actu efficaci, & inefficaci, sed per distinctionem sensus compositi, & divisi, pro actu efficaci divine voluntatis, prout etiam sumunt omnes Theol. de prædestinatione proprie loquentes, nec eam confundentes cum simplici voluntate, & affectu generali salvandi omnes, qui communis est prædestinatis, & reprobis.

295 Hoc autem semel supposito jam ruit membrum distinctionis præcipuè, in quo fundavit Auctor resolutionem suã, Cõtroverfia 18. quod scilicet detur prædestinatio, quæ secundum de dicat voluntatem antecedentem, & inefficacem, nam semper est voluntas efficax salvandi prædestinatum, tam in ordine intentionis considerata, quã in ordine executionis, ut constat ex dictis qu. 2. per totam, & sic nihil ad rem facit, quod



affert ex Scotto p. d. 37. q. 1. Y. ad tollendam contradictionem in argumento illam, non esse inconveniens, idem esse volitum, & nolitum à Deo pro eodem instanti, volitum, quidem voluntate antecedente, & nolitum voluntate consequente; nam Scotus ibi per voluntatem antecedentem, ut patet ex ipso contextu, intelligit voluntatem inefficacem, & conditionatam, quatum est ex parte sui, prout opponitur voluntati consequenti, que est voluntas efficax, & absoluta; cum ergo prædestinatio, de qua proponitur præfens questio, non sit talis voluntas antecedens inefficax, & conditionata, sed efficax, & absoluta, non potest dici ex argumento, solum sequi, eadem personam esse volitam ad gloriam inefficaciter, & conditionatè, nolitam verò efficaciter, & absolute, que non contradicitur, nam vera sequitur contradictio de eodem, secundum idem, ac eodem modo, quòd scilicet eadem persona, & pro eodem, instanti sit volita, & nolita ad gloriam inefficaciter, & absolute; Sic pariter eadem ratione non valet, quòd affertur ex Scotto 4. d. 16. q. 2. K. quonia, ibi loquitur de voluntate conditionata, qualis non est prædestinatio, & reprobatio, de quibus hic est sermo, que sunt efficaces, & absolute ordinationes per æterna decreta ad gloriam, vel penam finaliter, quò sensu prædestinatio dicitur, qui absolute salvabitur finaliter, & reprobatus qui finaliter, & absolute damnabitur; Sed expendamus quæstio, quam profundè Auctor noster Scotum intelligat, postquam in sua responsione verba Doctoris retulit, quosque sibi placuit, statim adiecit suam ponderationem in hæc verba ubi nota quòd pro eodem instanti B. vult illum punire, & non punire formam, & negationem conditionaliter, & c. cum tamè ex ipis verbis contextus Scotici ab ipsa relatis totum oppositum colligatur, quòd velit divina voluntas affirmare, & negationem conditionaliter pro diversis instantibus, & non pro eodem, quòd si mihi fides non præstaret, præterit ipsi Doctori, qui post verba à respondente relata statim immediate hæc alia subtextit, hic ergo nò est transitus ab uno opposito in aliud oppositum, sed hic est circa idem objectum velle conditionatum affirmativum pro uno instanti, & velle conditionatum negativum pro alio instanti; & ista duo velle in æternitate simul sunt, & circa idem objectum non in æternitate volitum, licet non pro æternitate, sed pro alio, & alio nunc, hæc ibi Doctor, nescio, an clarè, & illustrè loqui poterit, si ergo Auctor Controversarum inter Scotistas ita Scotum intelligit, ubi clarè loquitur, quò modo ipsi intelligit, ubi est aliquantum obscurior; hinc deducit Scotus, quòd ipse concipere possint in hoc Auctore, ut bene, ac de mente Scoti exponat, & resolvat litteras inter eos vertentes, & interm appellate cogitè ad meliorem Judicem, & de mente Scoti melius informatum.

296

Demum in fine solutionis ex hoc Scoti contextu sic bene intellecto, negat paritatem ab ipso Scotto assumptam p. d. 39. H. de pariete nigro, qui non potest in sensu composito de albi, sed diviso tantum, quia aliud est dicere, paries determinatus ad nigredinem, & paries niger, & c. solum interest, quòd Doctor ibi exemplum affert de homine albo, Auctor autem de pariete nigro per nigredinem rem de se clamat atro colore confundere, & quidem Doctor ibi idem omnino intelligit per hominè album, & per subjectum determinatum per albedinem, ut patet textum legendi, non ergo aliud est dicere, paries determinatus ad nigredinem, & paries niger, quòd evidenter ostendo; subjectum ad plures formas indeterminatum non dicitur per unam illarum, vel ad unam illarum determinatum, nisi illam recipiendo, & subjectando, & quamdiu illam non receperit, non dicitur per illam, vel ad illam determinatum, sed manet adhuc indeterminatum ad illam, & ad oppositam, vel disparatam; ergo paries indeterminatus ad albedinem, & nigredinè, dici nequit ad nigredinè determinatus, nisi quando ipsam receperit, vel ab ipsa informabitur; sed eo ipso, quòd nigredinem receperit, dicitur niger; ergo idem omnino est formalitè, parietem esse nigrum, & per nigredinem determinatum. Dices, materiam dici determinatam ad aliquam formam v. g. ignis, quando recepit prævias dispositiones ad illam, etiam si formam ipsam non adhuc actu receperit. Respondeo, tunc ad summum dici posse determinatam dispositivè, nò autem formaliter, nisi quòque ipsam formam receperit, præterquam quòd in proposito non præcedunt in pariete prævias dispositiones ad nigredinem, sed immediate, & formaliter determinati dicitur eius potètia subjectiva ad nigredinem per actuale ipsius nigredinis receptionem ac informationem. Deinde sicut habet gloriam tantum in sensu diviso, non composito potest damnari ut respondens cõcedit quia tunc in eodè subjecto simul essent gloria, & miseria in actu exercitio, ergo pariter electus ad gloriam non potest in sensu composito damnari, quia non minus contradictoria hinc sequeretur, etenim sequeretur, futurum esse beati, & miserum in eadè exercitio aliquando simul, & pro eodem tempore, & quòd etià modo imò, & per totam æternitatè esset simul prædestinatus, & reprobatus in divina volutate, & prædicta, atque ita simul beatus, & damnatus velut in esse signato, quò duo nò minus repugnat, quam esse simul beatum, & damnatum in esse exercitio, imò ar-

gumentum Scoti in hoc sensu procedit de impossibilitate prædestinationis, & reprobationis, non autem in primo.

Octavo tandem contra ultimam conclusionem, quòd prædestinatus possit in sensu diviso damnari, argumentum aliud adducit, quòd soluit ex eadè Scoti doctrina superius allata ex 4. d. 16. q. 2. M. quàm cum vidisset ad propositum nò facere, eo quia hic est sermo de ordinatione ad gloriam, & penam finaliter iuxta æterna decreta prædestinationis, & reprobationis, Scotus verò loc. cit. loquitur de ordinatione ad penam conditionata pro alio, & alio temporis instanti secundum statum præsentis justitiae, cõtra suà solutionem replicat his verbis propè finem questionis. Contra, loquimur in præsentis de prædestinato finaliter talis in sensu diviso non potest damnari, patet, nam cum sit ultimum instantis suæ vitæ, & eidè prædestinatio, & reprobatio simul inesse nequeant, nec deur aliud instantis, pro quo possit unum illorum inesse, talis ullo modo reprobati poterit. Resp. hoc argumentum torquere magis potest, prædestinatum nullo modo in sensu composito posse damnari; nos autè (inquit) diximus, non in infallibiliter salvari, nam Deus non ita ab æterno prædestinavit ipsum finaliter, qui etiam tali prædestinatione stante, modo supra explicato, poterit reprobati; neque est inconveniens, propositionem de inesse verificari de aliquo pro eodem instanti, & pariter oppositum de possibili, unde verè fuit ab æterno dicitur, prædestinatus finaliter est prædestinatus, & finaliter potest reprobati, sicut enim effectus non est necessarius, sed contingens, veritas supra illud fudata; & sicut postsumus prædestinationi ad gratiam resistere etiam in sensu composito ex Concil. Trident. sess. 6. ita pariter prædestinationi ad gloriam, cum non sit magis efficax una, quam altera.

298

Aliter tamè sentio ego de argumento proposito, & dico, illud non torquere potest, prædestinatum nullo modo in sensu composito posse damnari, sed torquere ignoratè quid sit sensus compositus, & divinus; quare sicut arguere suspensus allata ad probandum, posse prædestinatum in sensu composito damnari, vifa sunt arguere efficacia ex prava, & perversa terminorum acceptione, prædestinationis, & sensus compositi, sic in proposito argumentum allatum, quòd nequeat prædestinatus damnari in sensu diviso, pariter procedit ex prava intelligentia sensus divisi, etenim ut prædestinatus dicitur posse damnari in sensu diviso, minime opus est, ut assignentur diversa instantia, in quorum uno dici possit prædestinatus, & in alio reprobatus, vel damnatus, ne pro eodem instanti eidem subjecto in fine formæ duæ incompossibiles in tota illa responsione conatur respondens demonstrat, imò sensus divisi attendi debet ponens idem instantis, non ponens diversè clarissimè docet Doctor 4. d. 40. B. in eius declaratione dicens, in sensu autè divisonis sunt duæ categoriæ, & enunciativæ de persona aliqua beatificabili in una categorica esse prædestinatus, & in alia posse damnari, & ista duo sunt vera de eodè subjecto, nec ita vera, quòd simul esse possit opposita, nec etiam quòd unum possit succedere alteri, quia in æternitate est utrumque; sed vera simul, in quantum volitio divina consideratur, ut prior naturaliter transitu ipsius super illud objectum, quòd est gloria istius, in illo priori naturaliter non repugnat, sibi esse oppositi objecti, imò potest esse æqualiter oppositi, sed non simul amborum; ita Doctor, quò etiam modo sensum divinum explicuit d. 39. sub G. non igitur opus est hæc diversa instantia assignare ad explicandum sensum divinum, imò in divina voluntate est prioris impossibilitate, cum in ea date nequeat talis successio, & mutatio, sed sufficit quòd Petrus prædestinatus pro instanti A. poterit pariter pro eodem reprobati, per hoc namque sufficiens est salvari, prædestinatum posse damnari in sensu diviso, quia sic verificantur duæ ille categoriæ de eodè subjecto, & respectu ejusdem instantis. Duo verò male sonant in ejus responsione, & ætrem merentur censuram, primum est, quòd rursus & tertio replicat, prædestinatum non infallibiliter salvari, hanc enim propositionem esse periculofam valde, & parum catholicam, nisi melius declaratur, ostendit jam n. 286. nec enim legitime declarate potest nisi de more pervertendo terminos, nam apud omnes Theologos infallibilitas aliud non dicit, quam certam futuritionem eventus, unde idem est dicere, prædestinatum non infallibiliter salvari, quàm non certò salvari, si certo non est salvandus, jam tunc certitudo, & infallibilitas diving prædictæ, & prædestinationis. Neque ex eo, quòd Petrus sit ita prædestinatus, ut etiam poterit reprobati, & quòd propositio de inesse possit de aliquo verificari, & pariter opposita de possibili, sequitur, Petrum prædestinatum non infallibiliter, & certo salvari, sed solum quòd ita salvandus sit, ut possit non salvari, quòd proinde est ac si dicatur salvandus esse libere, & cum potentia ad oppositum, licet infallibiliter salvabitur, quia cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili.

299

Alterum, quòd male sonat, & meliori indiget declaratione, est, quòd rursus replicat, quòd sicut postsumus prædestinatum ad gratiam resistere, etiam in sensu composito ex Concil. Trident. sess.

sess. 6. ita pariter prædestinationi ad gloriam, cum non sit magis efficax una, quam aliam in primis Concilium hoc non dicit loc. cit. nec ullam mentionem facit de sensu composito, & diviso, sed tantum ait liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum posse dissentire, si velit, non verò dicit, quòd dissentiet, aut sit actu dissentire, quòd requireretur, si verum esset, quòd prædestinatus non salvarit infallibiliter, etiam tunc ait, quòd potest dissentire, si velit, quòd verificatur, sed tantum prædestinatus infallibiliter cõsentiet, & salvabitur, quoniam cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili, ut sepis ad nauseam usque repetitum est. Neque potest dicitur, Concilium intelligi debere in sensu composito, ita quòd liberum arbitrium etiam actu dissentiat, stat in voluntate motione divina prævia, eo quòd illa prævia motio non est ad efficaciter operandum, sed tantum ad sufficienter operandum, ut exposit in loco tertio notabili; Nam satis cõpertum est, Concilium ibi loqui de motione prævia efficaciæ, de qua tantum erat cum Hæreticis controversia, nò autem de sufficienti, ut dicitur est n. 288, auxilio autem efficaci licet possit resistere humanum arbitrium, quia ejus libertatem non tollit, nunquam tamen de facto, quia ejus libertatem non tollit, nunquam tamen de facto, & re ipsa resistit, alioquin efficax non esset, nam auxilii efficacitas ex sua ratione connexionem dicit infallibilem cum assensu futuro, & ponit determinationem de inesse, relinquendo indeterminationem de possibili; Quoniam ergo in responsione ad argumentum data continetur aliqua bona doctrina confusa cum malis, quòd enim ait, prædestinatum non infallibiliter salvari, falsum est, ac erroneum, quòd infra subtextit, propositionem de inesse verificari de aliquo pro eodè instanti, & pariter oppositum de possibili, verum est, ac optime dictum, dum tandem ex hæc doctrina concludit, quòd postsumus resistere prædestinationi ad gratiam finale, & gloriam, quam efficacem esse, suppono, si hoc explicetur per primum dictum, quia scilicet prædestinatus non infallibiliter salvatur, falsa est deductio; si verò explicetur per aliud dictum verum, quia scilicet propositio de inesse verificatur de aliquo pro eodem instanti, & pariter opposita de possibili, tunc deductio illa vera est, & concedenda, ut supra dictum est n. 286.

Verum quia Scriptura, & Patres interdum nedum nobis negant actum resistendi divinæ voluntati, quando est efficax, sed etiam potentiam, ut supra notavimus n. 230. Non est, qui tua posse resistere voluntati, Ethier 13. Numquid Dei postsumus resistere voluntati? Genes. quando dicitur, humanum arbitrium posse resistere voluntati Dei, & gratiæ ejus efficaci, potest hæc propositio facere duplicem sensum, vel compositum, vel divinum, sensus compositus ex dicitur n. 231. & 282. feret per propositionem modalem sciendo, modum predicari de tota propositione correspondente dicto, dicendo motum efficaciter dissentire voluntati, prædestinatum damnari est possibile, qui sensus compositus explicatur, & resolvitur per hæc categorica, hæc propositio, liberum arbitrium efficaciter motum dissentit, est possibile, vel hæc propositio, prædestinatum damnatus est possibile, & hic sentit est falsus, quia tunc sensus est, formas importatas per extrema dicti esse simul compossibiles in eodè subjecto, & pro eodem tempore, in quo consistit, sensum esse

compositum, quòd est impossibile, quia auxilium efficax dicit infallibilem connexionem cum assensu futuro, & prædestinatio cum æterna gloria, in hoc ita sensu, composito, efficaci Dei voluntati resistere non possumus, & in hoc sensu intelligenda sunt Scripturæ, & Patres, cum ita loquuntur. Sensus verò divinus explicatur per duas categoricas enunciantes de voluntate duo prædicata, quarum una sit de inesse, & alia de possibili, in prima de Petro v. g. enunciat, esse prædestinatum, vel esse efficaciter motum, & excitatum, & in alia posse damnari, vel posse dissentire, & istæ duæ sunt simul veræ, quia cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili, & cum actuali sessione v. g. Petri stat potentia ad currendum, quia sessio excludit actuale cursum, non autem potentiam ad illum; sic in proposito cum prædestinatione Petri stat potentia ad damnationem, quia prædestinatio excludit actuale damnationem futuram, non autem potentiam ad illam, & efficacitas auxilii excludit actuale dissentium futurum, non autem potentiam ad illum; atquidèd in sensu diviso concedendum est, posse creaturæ voluntatem dissentire vocationi efficaci, etque resistere; Et quidem hoc modo explicuit Scotus p. 40. posse creatam voluntatem resistere divinæ in sensu diviso, non autem composito in resp. ad 2. prin. dicens, quòd voluntas creatata non potest resistere, seu impedire ordinationem voluntatis divinæ, nam impedire esset, si statet propositum voluntatis divinæ, & oppositum eveniret per voluntatem creatam, hoc autem est impossibile, ecce quòd attendit sensu compositum ex conjunctione ordinationis divinæ efficacis cum actuali opposito eventu, non autem cum potentia, ille evenire possit, & ex impossibili illa conjunctione arguit, impossibile esse, voluntatem creatam posse divinæ resistere in sensu diviso, & ita intelligi debet Cone. Trident. Sed adhuc ad vertendum est, quòd cum dicitur liberum arbitrium motum, & excitatum efficaciter à Deo posse auxilio efficaci in sensu tantum diviso resistere, non utique hoc intelligimus de sensu diviso juxta explanationem quorundam, quam refert Vulpes supra cit. n. 184. qui dicebat, sensu compositum esse, quando necessario prærequisita ad agendum sunt in voluntate, & sensum divinum, quando illa absunt; sic enim explicando sensum compositum, & divinum, fatendum est, etiam in sensu composito posse humani arbitrium efficaci auxilio resistere, & dissentire, quia resistencia relationem dicitur ad illud, qui resistitur, vel saltem resisti potest, tanquàm ad presens, nec quidquam ritè diceretur, posse resistere vocationi, quæ actu non adest, & accipiendum sic sensum compositum, ut re vera accipit Auctor noster in illis controversiis 17. & 18. planè debet ei concedi, Trident. cum dixit, liberum arbitrium motum, & excitatum posse dissentire, si velit, intelligendum esse etiam in sensu composito; Verum nò sic nos loquimur de sensu diviso, & composito, sed ut declaratur à Scotto, & ut accipitur à logicis, & idèo dicitur, esse intelligendum in sensu diviso; quare concludo, magnam confusionem resolutionis hujus controversiæ à nostro Auctore propositæ torè procedere ex confusionem, & prava intelligentia terminorum, prædestinationis, & sensus divisi, ac compositi, qui nisi ritè intelligantur, in plures errores, ac ineptias opus est impingerè.

# DISPUTATIO VI DE BEATIFICA VISIONE.

## QUESTIO PRIMA.

An sit possibilis species impressa intellectui creato clarè, & distinctè divinam essentiam representans.

Nomine speciei intelligitur similitudo objecti, quæ cum potentia concurrere possit ad cognitionem ipsius objecti juxta doctrinam traditam disp. 6. de Anima qu. 4. de speciebus intelligibilibus; ubi eorum naturam, necessitatem, & munera abundè explicavimus; Difficultas ergo est, an de potentia absoluta possit dari species impressa divinæ essentia, & distinctè Deum in se representans; In qua celeberrima controversia tres sunt sententiæ; Prima est Scoti 2. d. 3. q. 9. s. ad questionem, docentis, non modo possibile esse, sed etiam de facto in Angelis reperiri speciem impressam, quæ Deum distinctè, & quidditative representet in cognitione tantum abstractiva, quæ sequatur omnes ejus Expositores ibidè, Tatar. Licher, Gratianus Brixienensis, Rada cont. 10. p. 1. art. 1, Vulpes tom. 1. p. 1. disp. 23. ar. 5. Gallus in 3. sent. disp. 14. preclud. 4. disp. 1. de objecto primario beatæ visionis fec. 2. c. 3. & alii Scotista passim. Secunda

sententia docet, possibilem esse hujusmodi speciem divinam essentiam distinctè representantem, nedum in cognitione abstractiva, sed etiam intuitiva, imò talem speciem non nisi notitiam intuitivam divini objecti, prout est in se, parere posse; 3. imò addunt aliqui, talem speciem de facto dari in Beatiss. & per eam Deum ab eis videri, ita quòd divina essentia non per se omnino immediate cum intellectu beato ad visionem beatificam concurrat, sed tali specie impressa mediante; Ita Recentiores passim præsertim ex Societate p. 1. q. 2. ar. 2. Molinidisp. 1. f. fol. duobus. Valentia punc. 2. Vafq. disp. 38. Turrian. opus. 1. Beccon. p. 1. trac. 1. c. 9. qu. 2. Salas q. 2. q. 3. tr. 2. disp. 4. 6. Suarez in Met. disp. 20. sect. 11. & p. 1. lib. 2. de attributis negativis c. 3. Heriz tr. 4. disp. 40. Egidius Lusitanus tom. 2. lib. 8. p. 2. qu. 2. art. 2. Averfa p. 1. quest. 12. sec. 19. Pefantius art. 2. disp. 1. ac etiam nonnulli Scoti esse opinantes, speciem impressam nedum cognitionis abstractivæ, sed etiam intuitivæ posse esse principium productivum, ut Mairon q. 1. 5. prolog. art. 2. concl. 2. & quol. 4. art. 2. ubi quamvis loquatur de specie abstractiva, tamen idem tenet de intuitiva in responsione ad 6. diff. Paber. 3. disp. 34. cap. 2. in fine, Smissin. tom. 1. trac. 2. disp. 6. q. 1. n. 9. idem nuperitè docet Atriaga disp. 4. de anima fec. 4. licet de possibili